


418. Friedrich, H. De moneta et usque hominitate

44/55338





380/44/553 38(4)

DISPV TATIO IVRIDICA

De
MONETA EIVS
QVE BONITATE INTRIN-
SECA ET EXTRINSECA, QVA-
TENVS VTRAQVE IN DEBITORVM
SOLVTIONIBVS ATTENDITVR.

Ad Tit. C. de vet. numism. potest.

Quam

Deo ter Opt. Max. annuente,

PRAESIDE

Clarissimo & Consultissimo viro,

DN. IOANNE STVCKIO

I. V. D. in incluta Iulia Pandectarum profes-
sore publ. Illustrissimiq; Bransuicensium Ducis Consilia-
rio, nec non Dicalsterij summi Guelphici Adfessore,
Præceptore suo omni obseruantia colendo

Publico examini subijcit

HENNINGVS FRIDERICI VVorfato-Frisius.

Ad diem 13. Martij

in nouo Iulæo horis consuetis.


HELMÆSTADI,

Typis heredum IACOBI LVCII.

MDCCXIX.

VII. B.

458.


*Reuerendissimo & Illustrissimo Principi &
Domino,*

DN. IO ANNI FRIDERICO
Archiepiscopo Bremensi, Heredi Norvvegia,
Duci Slesvici, Holsatia, Stormaria &
Dithmarsia, Comiti in Oldenburg
& Delmenhorst &c.

Domino suo Clementissimo

Disputationem hanc submissè
offert atq; inseribit.

Henning. Friderici VV. F.
Autor & Respond.



affert post alios Budel. *d. c. 1. n. 3.* quòd nos moneat signi signorumuè impressione, vel autoris, vel pretij vel alterius rei. De quo Impp. nostri in *d. l. 1. solidos*, inquit, *veterum principum veneratione formatos, ita tradi ac suscipi ab ementibus & distrabentibus deberi, ut nihil omnino refractionis oriaur, modò debiti ponderis sint & speciei proba.*

II. X. Atq; non min^o, vt antiqui, sic & hodie Imperator, Electores, Prìcipes, Comites Ciuitates & reliqui nostri magistrat^o, quibus ius cudendæ monetæ competit, vel suã vel alteri^o sancti imaginem, vel propria arma & insignia monetis imprimi curare, aut alio aliquo signo falsitatis euitandæ causã ostendere solent, à quo moneta fuerit fabricata, de quo vide latè Budel. *d. c. 1. n. 5. & seqq.*

IX. Significationes vocabuli, monetæ inueniuntur varix, quas omnes enumerare operæ pretium non est. Nobis verò hìc accipitur generaliter pro quocunq; numismatis genere. *rubr. & tot. tit. de fals. monet. gl. in l. 2. vers. numos & vers. pecun.* Iohan. Aquila *de potest. & util. mon. p. 1. c. 6. in pr. & ibidem alleg. Guid. Pap. q. 492.*

X. Synonymum eius verbi præcipuum est Numus. *l. Eleganter 24. §. 1. de pignor. act. l. 1. de contrah. empt.* vbi tamen notandum, vocabulum numus in lata ac generali significatione accipi.

XI. Numus autem non dicitur à Numa Pompilio rege, q. ille apud Latinos primùm pecuniam signarit, vt nonnulli falsò opinantur (vid Car. Molin. in *rr. de commerc. & vsur. q. 100. n. 795.* Hottom. in *libell. de re numar. c. de var. numi significat. p. 33.*) neq; etiam à verbo numero, vt statuit Iac. Curt. *lib. 3. coniect. c. 23.* & refert Bocer. *d. c. 1. n. 8:* sed à *πῶν τὸ νόμισμα*, id est, à lege, quod cum antiquioribus temporibus omnia fierent permutationibus, postea certà lege vsus numi sit adinuentus.

XII. Quod eleganter probat locus Aristotelis *lib. 5. Eth. c. 8. & lib. 1. Polit. c. 9.* ἡ δὲ τῆς τοῦ ὄνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι ἔφύσει αἰδῶ νόμου, ἐστὶ Et facit *l. 1. de contr. empt.* Adde Couarr. *de veter. num. collat. c. 7.* Budel. *d. c. 1. n. 41. & duob. seqq.* Hotoman. in *Epitome Pandectar. ad tit. de contrab. empt. n. 13.* Zas. *libr. 2. consil. 16. n. 25.*

XIII. Quod si tamen vocabulum numus geminat à litera M. scribere quis malit, aliam illi^o originem statuimus, ut nimirum deriuetur à Græco *νῦμῦ* & siue *νῦμῦμον*, de qua derivatione videri potest Hotom. *d. lib. de re num. c. de var. num. appell. p. (mibi) 32. & seq.*

XIV. Alterum synonymon est pecunia, vocabulo isto in significatione strictissima accepto *l. pecunia verbum 178. & l. pecunie nomine 232. de V. S. l. quisquis 95. de legat. 1. l. aurum 15. l. Quintus Mutius 27. §. 1. de aur. & arg. legat. Bocer. d. c. 1. n. 16.*

XV. Quod verbum quidam deducunt à pecoris siue pecudum nota, quâ primum æs signatum fuerit; Plin. *lib. 33. c. 3.* & etiam velle videtur Plutarcho in *publicol.* Alij, & quidem rectius, deriuant à pecude, quod veteres opes suas & facultates in pecudum non numerorum copia positas habuerint, iuxta illud Homeri in fin. *libr. VII. Iliados* sicuti habetur in versione latina:

*Vnde reportabant criniti vina pelægi,
Aeris quidam, alij fulgentis munere ferri,
At scutis alij, pars bobus mancipiisue
Mutabant passim, & conuiuia læta parabant.*

& illud Ouidij. *Fastor.*

*Cætera luxuriæ nec dum instrumenta vigeant,
Aut pecus, aut laræm diues habebat humum:
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est,
Sed iam de vetito quisq. parabat opes.*

Adde quæ tradit Hotom. *d. lib. c. de pecunia arca. Gædd. ad*

l. 4. de V. S. n. 9. & seqq. Iohan. VVolfg. Aur. *in disput. inaug. de monet. axiom. 8.* ubi & appellationes eius vocabuli plures habentur, quas voluntariò præterimus.

XVI. Est autem moneta materies certo pondere ac publico valore constans cætera quæq; commercia inæqualia æqualiter dimetiens. *l. 1. hic d. l. 1. de Contr. empt. l. si ita fideiussorem 42. de Fideiussor.* Diff. Dd. variè. de quorùm opinionibus in ipsa disputatione.

XVII. Considerantur in moneta qualibet hæc tria, vt Græci habent, τύπος βασιλέως, σάθμος καὶ ἔϊδος καλόν, forma principis, pondus & species proba; vel vt Ildorus *lib. 16. orig. c. 17. in fin.* vertit, metallum, figura & pondus. Quod ita accipimus, vt pro verbis *specie proba & metallo* ac pro verbis *forma principis & figura* substituantur vocabula *materia & forma* *d. l. 1. hic d. l. 1. de contr. empt.* Iung. Gœdd. *ad l. etiam aureos 119. in fin. d. V. S.* Hotom. *d. rr. c. 1. Bocer. c. 2. n. 1.*

XVIII. Materia est res, in qua forma numi signata est: quæ vel ordinaria, vsitata, & propria dicitur: vel extraordinaria, rara & impropria est.

XIX. Ordinaria est, quæ proprie numis destinata est, & quam commodissimè illis conuenit.

XX. Huius species tres sunt, puta aurum, argentum & æs, vnde & Triumiri, vel vt Cicero eos appellat *7. famil. 13.* Treuri monetales Auri, Argenti, AÆris flatores dicti. *l. 2. §. eodem tempore 30. de O. Iur.*

XXI. Reliqua metalla ad extraordinariam materiam numerorum referuntur, cuiusmodi sunt ferrum, stannum & plumbum. Vnde numos stanneos aut plumbeos ne emere quidem aut vendere licet, prout tradit Vlpianus in *l. lege cornelia 9. §. 2. ad l. Cornel. de fals.*

XXII. Pertinent quoq; ad extraordinariam omnes res aliæ, vt sunt corium, charta, lignum, cortex & similia, de
qui-

quibus pluribus hic agere nostri non est instituti.

XXIII. Aurum autem vt & argentum Dd. requirunt purum, & ab alijs metallis defæcatum, sein rein vnd wolgelauert Goldt vnd Silber. Albert. Brunus in tract. de argmen. & diminut. monet. præsupp. 1. n. 11. Fab. d. tr. c. 1. p. 23. Bodin. lib. 6. de Republ. c. 3. Molin. d. q. 100. n. 801. alijq; plures, quorum sententia satis confirmata videtur constitutione Imperij anni 1500. §. von der gülden ibi einer beständigen Münze / von feinem Goldt vnd Silber ohn allen zusatz durch daß ganze Römische Reich fürzunehmen / zunnachen vnd zubeschliessen.

XXIV. Atq; ita veteres Romanorum denarios ex puro argento-cudi solitos esse, & Liuium Drusum in tribunatu plebis primùm ære miscuisse (quod veteres æs adulterari dixerunt) refert ex Plin. d. lib. 33. c. 3. Didac. Couarr. d. tr. c. 2. n. 6. Ac hodie Romæ, Venetijs, in Hispania, Gallia & vicinis nonnullis regionibus numi ex auro & argento puro cõficiuntur. Vid. Faber d. loc. Budel. d. tr. c. 21. n. 23. & seq. Bodin. d. loc.

XXV. Quæ sententia Dd. licet absq; dubio vtilissima & saluberrima dicenda videatur, hodiè tamen in Imperio Romano non obseruatur, & ab ea expressio totius Imperij & statuum consensu recessum esse constat, de quo neminem mortalium dubitare ait Budel. d. c. 21. n. 42.

XXVI. Cuius placiti conuenti ratio principalis videtur esse hæc, quòd ex auro purissimo, & cui nihil inest alieni metalli, numi vt & vasa haud commodè confici possint, cum non ferant attrectationè & vsuram propter molliem, vt loquitur Molinæus d. q. 100. n. 769. Quæ ratio æquè obtinet in argento, vti latius demonstrat Idem Molin. n. 785. & 788.

XXVII. Additur & hæc, quod mixtio aliqua sit permitenda propter expensas, quæ fiunt pro cudenda moneta. Sed quæ non immeritò in dubium vocatur.

XXIIX. Etenim si non ad prauam hodiernam consuetudi-

rudinem, sed saluberrimas Imp. constitutiones respicimus, inuenimus neq; dominos ius cudendæ monetæ habentes, neq; etiam magistros monetales aut operarios, excepto solarario quicquam lucri ex officina numaria percipere posse, sed impensas illas ab ipsis dominis præstandas esse. Reichs abscheid de anno 1570. §. Also dan auch die Münz gerechtigkeit &c. Vid. Budel. lib. 1. c. 6. per. 101.

XXIX. Ex quibus iam constat, quâ ratione æs pro auro dari ceperit esse insuetum. Ut intelligamus *l. quid tamen 24. de contrab. empt. & l. si id quod aurum ad Sc. velleian: Iung. Cuiac. lib. 2. obs. 4. & ad l. 23. de verb. obligat.*

XXX. Et hoc verò notandum, quo tempore pecuniarum, vsus argenti, item & auri inceperit. De quo quoad exteros latè & exquisitè Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib. 4. c. 15.* Creditur autem apud Romanos argenti numum quinq; annos ante primum bellum Punicum capisse & aureum sexaginta duos annos post signatum esse.

XXXI. Ponderus monetæ est certa numarij metalli quantitas publicâ lege definita & cuiq; numo attributa. *l. 1. hic l. 1. de contr. empt. l. cum ad firmes 8. C. de liber. caus. Bocer. d. c. 2. n. 44. Hotom. d. rr. c. de pondere num. in pr.*

XXXII. Atq; monetam suo legitimo ac publicâ lege assignato pondere omnino constare debere, tam sacræ literæ, vt *Leuit. 19. v. 35. & 36. Prouerb. 20. v. 20. Paralip. 21. v. 15.* quam profanæ leges probant, vt constat præter textus iuris antiqui ex ordinatione Ferdinandi de monet anno 1559. Item Recess. Imp. de anno 66, 70, 75, 76, 94, 98, & passim.

XXXIII. Quare & à principibus alijsq; ius monetæ cudendæ habentibus constituuntur zygotatæ siue ponderatores (Recessus vocant warden) qui singulari iuramento sub hypotheca omnium bonorum & capitis etiam poena (in casibus videlicet vbi locum habere potest) materiam & pondus numi

numi cuiusvis secundum modum præscriptum examinare & probare tenentur R. A. de anno 1570. §. *Darumb zu weiter rer forschung* cum seq. & passim. Add. Budel. *lib. 1. c. 24. n. 4. & seqq.*

XXXIV. Quæ probatio quotannis fieri solet certis diebus, Calendis nimirum Maij & Calendis Octobris; qui dies inde vocantur dies probationis & valuationis, *probation vnd valuation tage*. d. Ordin. monet. Ferdinandi ann. 1559. §. *vnd damit diese vnsere* cum seq. & d. R. A. de anno 1570. §. *Sins temal auch zu handhabung* cum seqq.

XXXV. Et hic locus præsentis materiæ facilè omnium difficilissimus est: At pro ratione instituti nostri hic satis explicari non potest. Videantur autem de ponderum & mensurarum pro gentibus & nationibus variâ dimensione, & de nominibus numerorum, de æsse & illius computatione, de quæ numis ipsis Alex. ab Alex. *Genial dier. lib. 2. Voluf. Metianus, Remus Fauinus, sive vt alij volunt, Rhemnius Fannius Patremon: Priscianus Grammaticus Casariensis, & adnotationes ad eundem Eliæ Veneti Santonis, Budæus, Alciatus, Hotomannus & alij per plures,* Tum quantum quælibet species in auro & argento secundum Marcam coloniensis continere debeat sæpe citatum Edictum siue ordinatio moneta. Ferdinandi de anno 1559.

XXXVI. Forma monetæ (aliàs figura, calatura, effigies, character & indicatura) est signum ipsi numo impressum, quo eius autoritas publica, & valor siue æstimatio cognoscitur. *l. 1. de Contr. empt. l. 1. hoc n. 1. Bocer. d. c. 2. n. 61. Hotom. d. tr. c. de form. & nos. publ. num. Quibus addantur Aristot. d. lib. 1. Polit. c. 9. Brun. d. tr. præsupp. 1. n. 9. Molin. d. q. 100. n. 793.*

XXXVII. Cuius formæ secundum Hotom. *d. loc.* quatuor sunt requisita: effigies auctoris, eiusdem nomen, inscriptio, & deniq; signum aliquod siue nota, eaq; vel certa vel

arbitraria. Quæ omnia tamen in qualibet moneta non concurrere, experientiâ satis superq; comprobatum est.

XXXIIX. Atq; de quibus, quod ad ius antiquum & mores veteres attinet, fusius admonere huius loci non est. Iure nouissimo Imperiali requiritur, vt vno latere insignia Imperij Rom. sint impressa cum valore ac nomine Imperatoris, latere verò altero insignia domini monetæ cum inscriptione solita & numero anni, quo cusa fuerit, vti hæc disertè traduntur in d. ordinat. monet. §. wie aber vorgemelte / verb. daß nämbl̄ich in den sorten der Münze von grossen bis auff den einzigen Creuser dieselbige mit e inzuschließen / auff der einen Seiten des Reichs Apffel in des Adlers Brust / vnd in demselbigen allwegen die Ziffern / wie viel Creuser dasselbige stück gelte / gesetzt werden / mit vmb-schrieffe / welche des regierenden Kayfers namen hab / auff der andern Seiten des Münzherren oder Stands Waffnen mit sampt seiner gewöhnlichen vmb-schrieffe / vnd der Jahrzahl / wa die zum s̄glichen zustellen.

XXXIX. Verùm & hæc hodie in omnibus numis non feruantur: multa enim reperiuntur numismata, quæ nullo latere Imperij insignia habent, sed latere vno Principis nomen & imaginem, altero verò eiusdem insignia Bocer. d. c. 2. n. 63.

XL. Numi quoq; minuti vno tantùm latere aliquam insignium partem, & plerumq; cum vel sine initiali vna atq; altera literâ nominis domini monetæ continent Bocer. d. l.

XLI. Valor siue æstimatio monetæ (dicitur aliàs quantitas l. 1. de contrah. empr.) talis esse debet, quæ ipsius materiæ, ponderi & valori intrinseco apud omnes gentes recepto respondeat: quam Anton. Faber d. rr. c. 1. in pr. æstimationem iustam & intrinsecam vocat.

XLII. Nequiter enim faciunt, inquit Ioh. Sichard. in l. sum à quo cum Auth. seq. C. de Solut. n. 5. qui habent regalia à casate

æfare ad monetandum, cùm faciunt pecuniam formatam
deteriorem, quàm est argentum, cum illa debeant æquina-
lere.

XLIII. Quod tamen cum grano salis intelligendum
putamus; nam interdum, vrgente necessitate, vel aliâ aliquâ
circumstantiâ æstimationem numo tribui posse, quæ mate-
riæ non vsquequaq; respondeat, minimè dubitandum est.

XLIV. Debet quoq; æstimatio certa esse & perpetua, vt
semper & vbiq; res alias certò dimetiri queat *d. l. 1. de contr.
empt. l. 3. de in lit. iurand. Hotom. q. illustr. 15. Fab. à. loc.*

XLV. Atq; ex his, quæ de partibus monetæ ita dicta
sunt, fluit vulgata illa & antiqua distinctio Dd. inter boni-
tatem numi intrinsecam & extrinsecam, quam tribus retrò
seculis inualuisse ac receptam fuisse testatur Carol. Molinæ-
us *n. 695.* eamq; etiamnum ab interpp. in lecturis & respon-
sis retineri, quando de mutatione monetæ tractant, post
Curt. Fichard. & alios tradit Ernest. Cothmann. *consil. 36.
n. 12.*

XLVI. Bonitas intrinseca (quæ etiam qualitas monetæ
vocatur. *l. 2. C. de ponderat. lib. 10.*) consistit in liga seu precio-
sitate materiæ, & in pondere, vulgò *In gehalt vnd Gewicht/
vel, in schrot vnd Korn. sæpè d. l. 1. de contr. empt. l. 2. hic.*

XLVII. Extrinseca bonitas (valuam nonnulli nuncupant)
posita est in valore impositio suo cursu & æstimatione mo-
netæ, *In geng vnd geb/ in werdierung/ æstimation oder valua-
tion Laudent. d. monet. n. 9. & 12. Menoch. vol. 1. consil. 49. n. 9.
Curt. de monet. n. 3. Ioan. Aquila de potest. & util. monet. p. 2.
th. 1. Ern. Cothm. d. consil. 36. n. 14. & aliquot. seqq. Budel. d.
lib. 1. c. 7. n. 2. & seq. Bocer. d. c. 2. n. 70. & seq.*

XLVIII. Æstimationem siue valorem intrinsecæ non
extrinsecæ bonitati tribuit Molinæus *supra all. loco.* Sed à quo

propter rationes satis firmas recedere, haud dubitamus.
Vid. Cothm. d. *consil.* n. 24.

XLIX. Intelligimus autem hinc eam æstimationem, quæ iniusta ab Ant. Fabro dicitur, quamq; princeps pro suo arbitrio bonitate materiæ maiorem vel minorem facit. Secus est, ubi valor bonitati materiæ exactè respondet, quo casu intrinsecus potius, quàm extrinsecus dicendus est, quod aliam causam non habeat, quàm ipsam materiæ quantitatem, quodq; naturâ & dignitate intrinsecus præcedat extrinsecum, ut inquit Faber *c. 1. pag. 16*

L. Cæterum, quamvis iniustus ille valor à principe siue magistratu monetæ impositus maximè attendendus sit, substantiam tamen numorū non in solo valore isto impositio siue charactere impresso, sed æquè, imò magis in ipsius materiæ qualitate consistere, adeoq; tam intrinsecam quàm extrinsecam bonitatem in considerationem venire certissimum est, per *l. 1. l. 9. §. fin. de contr. empt. l. si is cui 94. §. 1. & l. creditorem (aliàs debitorem) 99. de solut. l. 1. & 2. C. de ponderat. lib. 10. tot. tit. hic c. quanto 18. de iureiur.*

LI. Facit quod toties in Imperij Recessibus cuique monetæ certum pondus ac legitima compositio mandata fuerit. Imò grauis pœna constituta est in eum, qui monetam legitimo pondere, iustâq; materiâ non constantem cudere ausus fuerit. *P. H. D. artic. 111.* Quam sententiam etiam quàm plurimi Icti amplectuntur. Bart. in *l. 3. de reb. credit.* Boer. de *cis.* 327. Ant. Fab. d. *c. 1. & passim 1010 tractatu.* Budel. *lib. 2. c. 1. per tot.* & plures alij. Dissentiunt tamen Ioh. Fab. in *Auth. hoc nisi. C. de solut.* Molin. *q. 92. n. 677. & seqq.* Hotom. *illust. quest. 15.* Donell. *ad l. 3. de reb. cred. n. 9. & 10.* qui omnes bonitatem extrinsecam citra respectum intrinsecæ solùm attendunt. Sed de quibus in seqq.

LII. Utilitas illius distinctionis inter bonitatem intrinsecam

secam & extrinsecam, vt maximè spectatur in debitorum solutionibus, vt pote ad quam, quoties quæstio oritur de monetæ bonitate vel auctâ vel imminutâ, omnino recurrendum, atq; ex quâ omnis decisio petenda est. Quâ de re cum paulò latius agendum sit, placet totam illam quæstionem cum nonnullis, sequentibus tribus capitibus includere.

LIII. Vt primum sit de monetis siue numis, qui amplius non inueniuntur, sed ex commercio & vsu hominum ita excefferunt, vt vel omnino non, vel quàm difficilimè haberi possint; secundum de numis, qui quidem adhuc extant & habentur vel haberi possunt, sed in intrinseca bonitate mutati sunt, & tertium de illis, qui bonitate intrinsecâ saluâ in extrinseca mutati sunt, *hoc est*, quorum valor, potestas & æstimatio creuit, decreuitue.

LIV. Primi capititis, vt patet, iterum duo membra sunt: quorum prius quod attinet, si videlicet numi debiti prorsus non reperiantur, solutio rectè fit in alia pecunia, modò sit vsu recepta *c. olim causam 20. & c. cum canonicis 26. de censib. exact. & procur. l. plerumq; 10. §. vlt. in fin. de iur. dot.*

LV. Fiat autem solutio illa secundùm bonitatem intrinsecam, quæ fuit tempore contractus, dummodo ea appareat. *l. 3. de reb. cred. §. 1. Inst. quemadm. re contr. obl. Nouell. 4. c. 3. vbi Cuiac. And. Gail. 2. obs. 73. n. 6. Myns. cent. 4. obs. 1. n. 6. & 7. vbi sic in camera Imperiali iudicatum esse refert. Bocet. d. c. 2. n. 76. Cothm. d. conf. n. 32.*

LVI. Quod si tamen nec de illa bonitate, qualisnam tempore contractus fuerit, constare possit, secundùm extrinsecam solutio fieri debet: & si nec de hac certi esse possimus, considerandum est, quomodo solutiones annuæ, si in tali negotio versetur, factæ sint: si nec hæc factæ, ad verisimiles coniecturas deueniendum: & his omnibus deficienti-

bus summa ad minimum redigenda erit iuxta *l. semper 9. de R. I.* Vid post alios Cothm. *d. conf. 36. n. 46. & seqq.* Bocer. *c. 2. n. 127. & mult. seqq.*

LVII. Atq; idem hoc obtinet quoq; in membro huius primi capitis posteriori *dd. rextib. & l. non dubium 14. §. fin. de legat. 3.* Molin. *q. 91. n. 7.* Bocer. *d. c. 2. n. 116.*

LIX. Vt, si fortè fundus aut ager alicui in antichresin pro certa pecunia datus sit, hoc adiecto pacto, vt fundum seu agrum debitor non prius recipiat, quam pecunia mutuo data in eadem specie fuerit restituta, postea verò pecunia talis vel planè non, vel saltem pro parte difficilimè inueniri possit, solutionem in alia pecunia rectè fieri iudicemus, non obstante, quidquid inter contrahentes pactum conuentum sit. *per text. all. & l. 1. & l. ult. C. de pact. pign.*

LIX. Aliud tamen dicendum esset, si numi modico ac tolerabili sumptu conquiri possent licet inuentu aliquanto sint difficiliore: siquidem difficultas praestationis conuentionem regulariter non facit irritam. *l. 2. §. 2. in fin. de V. O. l. 137. §. 4. vers. & generaliter eod.* Molin. *d. q. 91. n. 691.*

LX. Quod si moneta adhuc quidem reperiatur, illa verò in intrinseca bonitate mutata sit, ante omnia videndum est, quid inter ipsos contrahentes actum, iuxta illud, quod contractus ex conuentionibus legem accipiant. *l. semper in stipulationibus 34. de R. I. l. contractus 13. cod. l. 1. §. 6. de pos. Mart. Garr. Laudens. d. 11. n. 13. Colleg. Papiense in conf. de mater. augm. monet n. 4. Budel. lib. 2. c. 3. n. 1. & c. 10. in pr. cum quibus consentiunt Dd. comm.*

LXI. Inter quas conuentiones iustissima & æquissima est, si conuentum fuerit, vt aurei vel thaleri mutuo dati in auro & argento puro eiusdem ponderis reddantur. *Laudens. n. 14. v. predicta vera sunt. Brun. declar. 16. n. 2. Budel. d. c. 3.*

d. c. 3. Bocer. d. c. 2. n. 133. & seqq. Cothm. d. conf. n. 54.
LXII. Cùm enim hoc calu par vtriusq; contrahentis in
vtrumq; euentum ratio sit, neuter lædi videtur, *l. de fidei-*
commissio 11. C. de transact. l. si pater puella 12. C. de inoff. testam.
quidquid etiam contradicat Molin. *d. q. 100. n. 817.* dum pu-
tat auctâ a stimulatione conuentionem istam in mutuo esse
iniustam, captatoriam & vsurariam, si partes conuenerint,
vt eadem bonitas intrinseca reddatur. Vid. Ant. Faber. *d.*
17. c. 17. pag. 144. & seq.

LXIII. Hactenustamen hæc conuentio valere debet,
dum aliquis non ex causa, quæ traditionem & numeratio-
nem requirit, in plus obligetur, quàm acceperit, *l. rogasti 11.*
§. si tibi de reb. cred. l. si tibi decem 17. in pr. de pact. l. cum vltra
9. C. de non numer. pecun. quamuis, vt minus debeatur, pactio
fieri possit. *d. l. rogasti §. si tibi.*

LXIV. Verùm si inter contrahentes nihil conuenerit,
& mutata sit moneta in materia vel pondere, jm Schrot vnd
Korn/ ad tempus contractus respiciendum erit, vt debitor
tempore solutionis numos eadem bonitate intrinsecâ resti-
tuere cogatur, quâ fuerint tempore contractus *per d. c. olim*
causam 20. & d. c. cum canonicis 26. de censib. l. 1. hic d. l. 3. de reb.
cred. Didac. Couarr. *c. 7. §. vn. n. 2.* Myns. *d. cent. 4. obs. 1. vbi n.*
4. hanc opinionem Adsettores Cam. adprobasse meminit.
Gail. *d. obs. 73. n. 7.* Borch. *ad c. vn. que sunt regal. n. 62. & seq.*
vbi similiter secundum hanc sententiam Lipsenses & Vite-
bergenses pronunciare refert. Budel. *lib. 2. c. 3. Cothm. d.*
conf. 36. n. 59. vbi alij plures.

LXV. Quæq; adtertio procedit, quantumuis debitor
in obligatione sua aureos in auro, vel thaleros Imperiales
promisit soluere de moneta currente tempore solutionis,
an guten Gostgülden oder harten Reichsthaleren/ wie die zur zeit
der Zahlung geng vnd gab seyn werden/ Budel. *d. lib. 2. c. 11. Lau-*
denf.

denf. n. 25. Brun. declar. 17. n. 1. & seqq. & fallens. 7. n. 1. & 2.
& limit. 8. n. 11.

LXVI. Nec obstant verb. *de moneta corrente, siue moneta currentis tempore solutionis*: quæ non hoc important, quasi debitor liberetur solutione istius monetæ, quæ tempore solutionis in usu sit, nullo habito respectu ad bonitatem intrinsecam, quæ fuerit tempore contractus: sed cōstringunt tantum in eo contrahentes, vt vi p̄ci, creditori de moneta corrente tempore solutionis solutio rectè fiat, quæ nec recusari ab eo vllō modo potest.

LXVII. Secus erit, vbi certa species & quidem æstimata in obligationem deducta fuerit; pone me tibi debere 100. thaleros Imperiales ad rationem 30. grossorum Misnic. siue 40. solidorum Lubec. additis his verbis: *moneta currentis tempore solutionis*. Hoc enim casu, siue species in bonitate intrinseca debilitetur, siue preciosior efficiatur, solutio rectè fit de moneta tempore solutionis corrente. Vid Budel. d. lib. 2. c. 12.

LXIX. Quod ipsum satis confirmant dicta verba: *moneta currentis* & c. quæ ne reddantur superflua, omnino ad intrinsecam bonitatem referenda sunt.

LXIX. Idq; multò magis obtinet in obligatione generis, putà si in obligatione thaleri sint simplices siue communes, vt vocant, quorum valor est q. perpetuus 24. grossorum Misnic. siue 32. solidorum Lubecens. Vid. in casu simili Albert. Brun. d. declar. 17. & d. limit. 8. n. 9. & post eum Budel. d. l. 2. c. 13.

LXX. Si tamen verba simpliciter proferantur, hoc forè modo: *promitto de moneta corrente, vel moneta currentis, in oder mit lauffendem Gelde / lauffendes Gelds / an guter gangbarer Münze*; non additis verbis: *tempore solutionis*; distinguimus cum Bruno d. limit. 8. vers. si autem dictam infin. v. trum

trum verba *moneta currentis &c.* referantur ad actum obligationis, an verò ad factum solutionis. Et priori casu dicimus solutionem faciendam esse de moneta corrente tempore contractus: posteriori autem de moneta, quæ erit in usu tempore solutionis.

LXXI. Quò facit, quod qualitas adiecta verbo, regulatur secundum tempus verbi, arg. *l. in delictis 4. §. si extraneus 1. de Noxal. action. l. ex facto 43. in pr. de Vulg. & pupill. subst. & quilibet contractus talis præsumatur, qualem essentia literarum & contextus demonstrat. l. cum precibus 18. C. de probat. l. emptione 3. C. plus valer. quod agit. c. nauiganti fin. de usur. Bald. in c. 1. de feud. dat. in vic. leg. commiss. 1. feud. 27.*

LXXII. Legatur alicui in testamento certus numerus aureorum aut thalerorum, & bonitas intrinseca mutatur, tempusne dispositionis, an verò mortis aut solutionis inspiciendum sit, quæritur?

LXXIII. Nobis arridet opinio prima, per text. *l. uxorem 41. §. testamento puerorū 4. de legatis 3. l. si ita esset 7. de aur. & arg. leg. l. Aurelius 28. §. testamento de Liber. leg.* Facit. *d. c. olim causam 20. & d. c. cum canonicis 26. de Censib.* arguendò à contractib⁹ ad vltimas voluntates affirmatiuè, quod argumentum in iure satis frequens & validum est. Nicol. Eberh. *conf. 105.* Adde Fabr. *d. rr. c. 21. pag. 282.* Dissent. Curt. *n. 15.* qui tempus mortis inspicere vult. & aliter Ludou. Romanus *sing. 329. & conf. 123.* vbi tempus solutionis attendendū censet. Vid. præter allegatos pro nostra sententia Pinell. *ad rubr. C. de rescind. vend. c. 3. p. 1. n. 23.* Budel. *d. lib. 2. c. 18. n. 7. & seqq.* Molin. *n. 745.*

LXXV. Sanè in hoc Dd. pleriq; conueniunt, quod legata vt & fideicommissa vniuersalia excipiant, in quibus communiter tempus mortis attendunt, secundum *gl. ordin. in l. pen. de instr. vel instruct. leg.* (quam velut singularem &

C

adpro-

adprobatam perpetuâ memoriâ dignum iudicat Henr. Hornman. *in disp. de monet.*) Eberh. *d. conf. 105. n. 5. Aquil. theor. 2. Budel. d. loc. n. 19.* vbi ab hac glossâ opinione, omnino non recedendum putat.

LXXV. Quæstio inter Dd. valde controuersa est, quodnam videlicet tempus inspiciendum sit in solutione debiti ex Principis rescripto gratiâ aut mandato venientis, si interim bonitas monetæ intrinseca mutatu fuerit?

LXXVI. Distinguunt nonnulli, vtrum Princeps tempore rescripti, gratiæ seu mandati mutationem monetæ sciuerit, an verò non. Et priori casu tempus rescripti seu mandati, posteriori verò tempus solutionis inspiciendum deq; moneta tunc currente solutionem esse faciendam arbitrantur. per *clement. si beneficiorum vlt. de decim. primit. & obl. & ibi gl. Budel. d. lib. c. 22. n. 3. & seqq.* vbi plures.

LXXVII. Alij simpliciter statuunt solutionem fieri debere de moneta nouâ currente tempore solutionis, nec debitorem teneri ad æstimationem antiquæ, adeoq; nullam bonitatem intrinsecam hîc considerandam esse, idq; per multas rationes, de quibus infra sub capite tertio. Et ita sentiunt Roman. *d. conf. 123. Gemin. conf. 137.* hosq; sequentes Molin. *q. 100. n. 809. Menoch. conf. 49. vol. 1.*

LXXVIII. Nos adsentimus illis, qui existimant solutionem quidem rectè fieri de moneta currente tempore solutionis, at nihilominus volunt respectum habendum esse ad bonitatem intrinsecam, quæ fuerit tempore rescripti, gratiæ aut mandati, vt si noua moneta sit deterior antiquâ tantò plus de ea soluatur. Iung. Brunus *declar. 11. n. 1. & 4.*

LXXIX. Notandum tamen, quod si gratia se referat ad beneficium vacaturum, monetam spectari secundum tempus vacationis, quo gratia sortitur effectum, Brun. *ibid.* Budel. *d. c. 22. n. 6.*

LXXX. Porro argumento illorum, quæ initio capitæ precedentis diximus de monetis in intrinseca bonitate mutatis, constat, & si in extrinseca bonitate aliqua mutatio contigerit, ante omnia considerandum esse, vtrum aliqua inter contrahentes conventio celebrata sit, vel non.

LXXXI. Quæ conventio initur vel expressè vel tacitè. Expressè, si nominatim valor exprimitur, secundum quem solutio fieri debeat, v. g. ut thaleri in iisdem & totidem speciebus reddantur, vel, vt pro thaleris singulis tot grossi sive solidi restituantur.

LXXXII. Quo casu nec plus minusvè promisso à debitore restituendum est, sed debitum omninò solvendum erit secundum æstimationem ab initio factam, siue valor publicâ autoritate creuerit, siue decreuerit. *l. estimatis 50. solut. matr. l. pen. §. 3. eod. l. cum dorem 10. C. de iur. dor. Bart. in l. Paulus in fin. de solut. Couarr. d. c. 7. §. vn. n. 5. Molin. q. 97. n. 737. Ant. Fab. d. rr. c. 2. Borch. in d. c. vn. que sunt regal. n. 59. Ern. Cothm. d. conf. n. 105. & seqq.*

LXXXIII. Ex quo sequitur omne commodum & incommodum ad debitorem pertinere. Facit *l. secundum naturam 10. de R. I.*

LXXXIV. Tacita conuentio est, si fortè numi qui traduntur, ad certas libras vel ad rationem librarum, aut certorum solidorum vel grossorum expendantur.

LXXXV. Et hoc casu tempus contractus similiter inspiciendum esse statuunt *Dd. per dictas ll.* quæ licet de dote loquantur, idem tamen in alijs casibus, per easdem adferre haud ambigendum censent.

LXXXVI. Cui accedit, quod æstimatio semper venditionem faciat. Accur. *in l. si inter 21. verb. estimata C. solut. matr. Bart. ibid. in pr. Menoch. d. conf. 49. n. 14.* & in dubio contrahentes de eo valore, qui tempore contractus fuerit,

fenfiffe & cogitaffe exiftimentur, *arg. l. Rutilia Polla 69. & l. in lege 77. de contr. emp.* Quod vel maxime procedit, quando contrahentes venditionis verbo vfi funt, & numos creditos vendiderunt. *Ioh. Regnaud. de monet. n. 4. Couarr. d. l. Brun. declar. 4. n. 2. Coraf. 3. miscell. c. 13. n. 5. Latè Cothm. d. conf. 36. n. 110. & feqq. qui n. 203. omnium penè interr. vñanimiti confenfu simpliciter ita defniri ait, multosq; autores pro hac fententia allegat. Diff. Boer. decif. 325. n. 5. & cum eo nonnulli alij, qui æftimationem hoc cafu non taxationis, fed demonftrationis ergò adiectam efte arbitrantur.*

LXXXVII. Nobis placet hïc cum Ant. Fabr. *d. rr. c. 2. mediã fequiviã, diftinguendo an æftimatio in ipfa obligatione & folutione pofita fit, an verò in caufa obligationis; vt priori cafu taxationis, pofteriori verò demonftrationis ergò æftimatio facta cenfeatur.*

LXXXIIX. Eft & tacita conuentio, fi numi ita traduntur, vt in vel fub eadem æftimatione, vel etiam ad eandem æftimationem refituantur. Quæ verba & hïc efficiunt, vt omne commodum & incommodum debitori fit tribuendum. *d. l. æftimata 17. & l. pen. §. mancipia folut. matr. vbi Barr. & Caftr. & d. l. cum dotem 10. C. de iur. dot. l. 69. & 77. de contr. emp. Cothm. d. conf. 36. n. 227. & feqq. vbi à facultatibus iuridicis Lipfenfi & Ingolftadienfi ita refponfum, & in curia Megapolitana iudicatum efte atteftatur, & difsentientium argumenta eleganter diluit.*

LXXXIX. Et quamuis in hoc, ficuti & præcedenti cafu valoris mentio nominatim non fiat, verba tamem hæc: in vel fub eadem æftimatione, vel ad eandem æftimationem, idem operantur: & vt in præcedenti cafu æftimatio exprefse adiecta eft, ita huic tacite ineft. Conftat autem tacite eandem efte vim & efficaciam, quæ eft exprefsi. *l. cum quid 3. cum ibi not. de reb. cred. l. fi filiusfam. 16. ad SC. Macedon. & ibi Interpp.*

XC. Caterùm si inter contrahentes neq; expressè neq; tacitè quicquam conuentum fuerit, anceps & ambigua est quæstio, quodnam tempus magis inspicere oporteat?

XCI. Et sunt præclari Iuri qui simpliciter tempus contractus attendi debere omnino sibi persuasum habent, ita, vt si moneta postea fuerit aucta, commodum sit debitoris, isq; augmentum detrahere possit; si verò sit deminuta, incommodum etiam ad debitorem spectet, vt is supplementum addere cogatur.

XCII. Quamq; opinionem tanquam veriore & iuri atq; æquitati magis conformem Adseffores, Camera Imperialis secutos esse ait Myns. *d. cent. 4. obs. 1.* & est eadem comprobata constitutione Augusti Elect. Saxon. *part. 2. constit. 28.* his verbis: *da der valor, vnd der Wert/ vnd also bonitas extrinseca verrendert/ dardurch die Münze gesteigert/ oder faller/ oder gäs abkômmet/ sol sie wie er zur zeit des cõtracts gewesen/ bezahlet vnd erlegt werden.* Vid. post multos à se citatos Boccr. *d. c. 2. n. 150. & seqq.* per plurimas rationes.

XCIII. Alij distinguendum esse censent, vtrum mutatio monetæ repentina fuerit antequam eam debitor in suos vsus conuerterit, an verò ex intervallo contigerit, ita, vt debitor pecuniam interea conuerterit in suos vsus, vel saltem conuertere potuerit. Priori casu debitori consulendum existimant, posteriori verò creditori. arg. *l. si vina 15. de comm. & peric. rei vend.* Bald. *in l. acceptam 19. n. 17. C. de usur.* eumq; sequuntur Molin. *q. 92. n. 701.*

XCIV. Deniq; alij indistinctè volunt tempus solutionis esse spectandum, lucrumq; & damnum ad creditorem referendum, siue æstimatio numi creuerit, siue decreuerit. Brun. *d. tr. de aug. mon. declarat. 6. n. 3. & concl. vlt. limit. 10.* Gail. *d. obs. 73. n. 9.* Cuiac. *in l. 59. de V. O.* Budel. *d. libr. 2. c. 2. n. 23. & seqq.* & in notis ad *d. obs. Myns. Ant. Faber. d. tr. c. 5. per tot.* An-

næus Robert *lib. 1. rerum iudic. c. 18.* Alciat *in l. 3. de reb. cred.*
alijq; plures quos recenset Ant. Gabr. *lib. 3. concl. comm. tit.*
de solut. & libr. concl. 2. n. 1. Cothm. *d. conf. 36. n. 101. & seqq.*

XCIV. Atq; hanc sententiam hâc vice defendere placet.
Quò faciunt *l. 3. de reb. cred. l. 1. de O. & A. l. 42. de iur. dot. d.*
l. creditorum 99. de solut. iunct. l. 2. bis l. iure natura 206. de R. I. s.
locupletari 48. eod. tit. in 6.

XCVI. Facit item eò regula iuris perpetua, quæ vult ha-
ctenus soluendum esse creditori, vt nec absit ei quicquam,
nec plus quàm abest consequatur. *l. in perpetuum 61. de solut.*
cum nec debitor vrgeri possit vt plus quam debetur, soluat,
nec creditor cogi, vt minus debito accipiat. *§. si quis agens 33.*
l. de act. l. 1. C. de plus pet.

XCVII. Nec parùm confert *l. fundum 28. de nouar.* ex quâ
rectè ac eleganter colligit Ant. Fab. *d. tr. c. 5. pag. 107.* quod
quoties æstimatio rei debitæ non sit in obligatione & peti-
tione, sed in solutione tantùm, præsens æstimatio debeatur,
id est, ea quæ sit tempore solutionis.

XCIX. Quibus ita positis, non nihil respondendum
erit ad potiora argumenta, quæ à dissentientibus in contra-
rium afferri solent. Vbi inter illa quæ pro primâ opinio-
ne facere videntur, palmariû quasi obtinet, quod dicunt in
pecunia non corpus, sed solam quantitatem, hoc est, valorem
imposititium considerari. *l. 1. de contr. empt. l. si is cui nmos 94.*
§. 1. de solut. ac proinde numum non deduci in obligatio-
nem, nisi sub ratione quantitatis & æstimationis tunc cur-
rentis: cum & auri & argenti etiam facti appellatione numi
non contineantur. *l. cum aurum 19. in pr. l. Quintus Mutius 27.*
§. 1. de aur. & arg. legat.

XCIX. Verumenimverò hoc argumento minimè mo-
ueri quis potest, cum fragili nitatur principio, quod ex le-
gibus allatis neutiquam probari potest, & de eius contrario
constat

constat ex illis, quæ dicta sunt supra tum ex rationib⁹ modò pro nostra sententia allatis.

C. Quinimo *d. l. r. de contr. empt.* non hoc vult, quod simpliciter spectanda sit quantitas nullâ habitâ consideratione materiæ ac ponderis; sed hie eius est sensus, eum videlicet, qui cum alterius merce numos permutat, dominium alienæ rei sibi acquirere, non tam propter ipsam substantiam, id est, materiam, quasi illa suâ uaturâ æstimet merces, quàm propter quantitatem, hoc est, eam æstimationem, quæ publico gentium omnium consensu numo data est, vt in rerum permutationibus seruetur æqualitas, & merces omnes eò melius permutari & æstimari possent. *l. si ita fideiussorem 42. de fideiuss.*

CI. Quid, quod si contraria opinio admitteretur, dicendum esset, liberari debitorem, etiamsi pro aureis numis soluat ferreos aut coriaceos, dummodò ex inepti magistratus edicto eiusdem sint æstimationis: quod absurdum esse, nemo non intelligit. Prolixè & neruòsè Ant. Fab. *d. c. s. p. 103. & seqq.*

CII. Non magis etiam ad præsentem casum faciunt *d. l. Rutilia Polla 69. de contr. empt. l. si filiusfam. 78. de V. O. & textus similes*, ex quibus inferunt eam dari debitori numerorum æstimationem, quæ tempore contractus fuerit, ac proinde eandem quoq; esse reddendam *per d. l. 3. de reb. cred.*

CIII. Præter illa enim quæ Dd. nostri aliàs afferunt, patet leges illas loqui de re ipsa, quæ in contractum vel obligationem deducta est, minimè verò de rei æstimatione, in qua tempus solutionis inspiciendum esse satis docet *d. l. fundum 28. de nouat.*

CIV. Quare obseruandum est id, quod sæpius inculcat Fab. *d. c. s. & passim*, obligationis tempus attendendum esse, vt sciatur, quid debeat, solutionis verò, vt sciatur, quanti æsti-

æstimandum sit, quod deberur, quoties non debitum ipsum præstatur, sed eius æstimatio, nec mora (de quâ postea) vlla interuenerit. *l. vinum 22. de reb. cred. l. vlt. de condict. irritic. l. hominem 37. mand. l. quoties in diem 59. de V. O. l. si calendis 11. de re iud. l. qui ita 12. §. 1. si quis caur.*

CV. Sic quoq; non aduersatur, quod dicunt in mutuo æquè bonū in eodem genere ac bonitate esse restituendum, *l. 2. in pr. & §. 1. & l. 3. de reb. cred. eū verò qui reddit eundē valorem eandem bonitatem restituere, siquidem bonitas & qualitas monetæ in valore consistat, ac propterea debitorem vltèrius grauandum non esse, ne cum alterius damno locupletari videatur contrae. locupletari 48. de R. I. in 6.*

CVI. Quippe si hæc ratio plenius perpenditur, tantum abest, vt sententiam nostram infirmet, vt etiam fortiùs eam stabiliat, vt potè quæ detractionem hoc casu admittendam censet ita, vt v. g. pro 100. Ioachimicis, quorum valor postea creuerit 90, vel etiam pauciores liceat soluere. Quo posito, quomodo creditor eandem bonitatem, eandem qualitatem idemq; pondus recipiet?

CVII. Cui & hoc accedit, quod nec dissentientes ipsi negent, si quæstio sit de bonitate intrinseca, inspiciendum esse tempus contractus, & secundum id de materia & pondere (in illis n. bonitas intrinseca consistit) esse iudicandum. Si itaq; tantum pondus, quantum fuit tempore contractus, præstandum est, utiq; solutis creditori à debitore thaleris 90, vel paucioribus pro 100. idem pondus & sic eandem bonitatem restitutam esse dici non potest.

CIIIX. Nec est, quod regerant tempore solutionis valorem thalerorum longè maiorem esse, quàm fuerit tempore contractus, & propterea creditorem plus recipere, quàm crediderit. Siquidem re penitiùs inspectâ, nullum hîc lucrum siue commodum respectu creditoris in consideratio-

rationem venire potest. Cùm crescente valore pecunia, crescant quoq; precia rerum, etiam immobilium, sicuti eodem decrescente, precia quoq; rerum aliarum decrescunt. *l. 2. hic.*

CIX. Sed posito, aliquid lucri creditori hinc accedere, id tamen ratione incertitudinis non posset dici iniustum aut illegitimum. *arg. l. de fidei commissio 11. C. de transact. l. si pater puella 12. C. de inoffic. testam.*

CX. Quod attinet supra relatam constitutionem Augusti Eleæ. Saxon. respondemus eam esse localem, & propterea alios extra ipsius ditionem non concernere, apud quos contrarium teneri ait Borch. *in d. c. vn. que sunt reg. n. 59.*

CXI. Nihil quoq; officit autoritas Dd. qui à dissentientibus cumulatim citari solent. Præterquam n. quod non minores à nostra stent parte, constat, non tam animaduertendum esse, qui & quod dicant, quàm quid & quâ ratione dicatur *per text. in can. secundum s. distinct. 19. l. nemo 13. C. de sens. & interl. omnium iud. l. 1. §. sed neq; ex multitudine 6. C. de ver. iur. enuct.*

CXII. Minoris importantiæ sunt, quæ pro secunda opinione adferuntur. Quæ sicuti à DD. communiter reprobatatur, ita etiam nullo iuris textu confirmari potest, cum nupsiam legatur attendi à creditore debere, quantum in rem debitoris conuersum sit, sed potius iura creditorem dissimulare iubeant, si sciat, ne curiosus videatur. *l. doli exceptio 19. de nouar.*

CXIII. Et hæc, quæ in præcedentibus dicta sunt, multò magis procedunt, quando æstimatio thalerorum aucta vel imminuta est propter auctam vel imminutam bonitatem intrinsecam monetæ inferioris, cum hæc deterioratio monetæ minoris sit causa augendi valoris extrinseci monetæ maioris, ut per Bart. *in d. l. Paulus col. pen. de solut. & in l. numis de in lit. iur.* concludit Brun. *declar. 6. n. 5.* ac propterea, si propriè loqui velimus, æstimatio hoc casu non tam augeri, quàm retineri ac conseruari dicendum sit. Vid. Ant. Fab. *d. r. c. 6. in pr.*

CXIV. Quæ uti in mutuo & alijs contractibus regulariter vera sunt: ita quoq; in testamentis, si quæstio oritur, nec contrarium alibi decisum reperitur, superioribus omnino in hærendum putamus.

CXV. Ut si in testamento alicui aurei vel thaleri legati sint, ea æstimatio præstanda sit, quæ est tempore solutionis, quamvis & in hoc, uti in præcedentibus, à nobis dissentiat *Mo-inaus q. 99. n. 742. & seqq.* Vid. *Menoeh. vol. 2. conf. 138. n. 22. & seqq.* *Fab. d. r. c. 21.*

CXVI. Excipimus tamen casum, quo certa quantitas in genere legata est, sub appellatione sc. numerorum, quorum nulla est species, quiq; secundum communem consuetudinem intelliguntur de certa quantitate in genere cuiusq; moneta, non huius aut illius. Cum enim horum numerorum (si modò nummi dicendi sunt) nulla sit materia, nec pondus, consequens erit nec bonitatem hîc considerari posse.

CXVII. In Statutis, Edictis, Constitutionibus, Legibus & Decretis Principum vel ciuitatum pecuniæ alicuius mentionem facientibus, quodnam tempus inspiciendum sit, grauis quoq; est quæstio; in qua *Koppen decis. 5.* sequentem distinctionem adhibet: quod lex vel statutum aut immediatè eo ipso momento, quo constituitur, obligationem soluendæ pecuniæ absq; alio actu, delicto vel contractu formet, aut mediatè, contractu sc. vel alio actu interueniente, cuius occasione obligatio soluendæ pecuniæ inducitur: aut deniq; nec mediatè, nec immediatè obligationem formet, sed tantum de pecunia certi quid, designando videlicet aliquam solemnitatem, disponat.

CXIX. Primo casu attendi debere valorem currentem tempore constitutionis, per *d. c. olim 20. de censib. l. quotiescunq; y. c. de suscept. l. si duobus 3. in pr. & ibi gl. C. commun. de legat. secundo tempus facti vel contractus. arg. pr. *Inst. de oblig. que ex*
q. de-*

q. delict. l. 4. de O. & A. nisi lex vel statutum ulterius procedat de-
terminando perpetuam taxationem pecuniæ; Brun. declar. 12.
n. 7. tertio verò casu tempus legis vel statuti. Brun. d. loc. Curt. n.
19. & alij relati à Koppen d. loc.

CXIX. Alij aliud sentiunt, quorum quidam tempus legis
vel statuti, quidam verò tempus obligationis simpliciter spe-
ctant, quos vide apud Budel. *d. lib. 2. c. 19.* vbi & ipse dissentire
videtur. Sed quænam opinio verior, dabit dicursus,

CXX. Deniq; obseruandum est, si mutatio monetæ post
moram debitoris vel creditoris contigerit, eius esse incom-
modum, qui in mora constitutus fuerit, per *l. hominem 37. man-*
datis. l. si sterilis 21. §. cum per venditorem de act. empt. l. quod re 5.
de reb. cred. l. si filiosam. 25. §. 2. sol. matr. l. si ex legati 23. l. nemo 81.
§. 1. de V. O.

CXXI. Et hoc tam in mutatione monetæ intrinseca quàm
extrinseca Dd. communiter adprobant, à quibus tamen rece-
dunt Fab. *c. 10. Saport. de morac. 3. n. 77.*

CXXII. Quia verò indistinctè mora sua cuiq; nociua est,
per *text. all. c. mora 25. de R. I. in 6.* non placet opinio Bartoli *in d.*
l. Paulus 101. de solut. distinguentis inter monetam magnam &
minutam siue paruam, vt in illa morosus teneatur damnum
sustinere, in hac verò non item.

CXXIII. Nec obstat, quod dicit monetam paruam non
recipere æstimationem per aliam monetam, vnde licet mute-
tur eius valor, non tamen, mutata dicatur respectu æstimatio-
nis suæ, quia non habeat quidquam, quo æstimetur. Vid. post
alios Dd. Couarr. *c. 7. conclus. 5. n. 4. Budel. lib. 2. c. 16. n. 7. & 8. &*
c. 26. n. 4. & 8.

CXXIV. Quibus ita visis, iam proximum esset propiùs
ad nostra tempora accedere. Verùm quæ proh dolor magis
deploranda sunt, quàm quod corrigi queant.

CXXV. Et eò prauis moribus nonnullorum peruentum

UNIVERSITÄT
BERLIN

videmus, ut adpareat vulnerata causa remedium vix adhiberi posse.
CXXVII. In quo equidem quid praestarent, qui omnia ad ressam & as, uti vocant, (nos supra Marcam Coloniensem diximus) reuocant: sed veremur, si forte aliquid in futurum obtinebunt, ne quoad praeterita, quod vulgò dici solet, laterem lauent. Meminisse quoq; iuuat, adprimè distinguendum esse inter munus probi & iusti Vvardini. Ceterum de quibus fufius tractandi fortassis alibi dabitur occasio. Quae verò modò data sunt, ita pro re nata exercitij causâ propofita esse iufficiat.

CXXVIII. Coronidis autem loco & hanc quaestionem addere placuit: Cum Impp. Valentinianus & valens siue constantinus (vti alij volunt) in l. i. hic qualemcunq; monetam, modò sit debiti ponderis & speciei, vt loquuntur, proba, absq; villa refragatione tradi permittant, ac suscipi iubeant: an liceat debitori speciem aequè bonam, aliam tamen quàm quae est in obligatione, creditori obtrudere?

CXXIX. Quod quidem de iure ciuili, non obstantibus illis, quae Molin. Menoch. Donell. Hotom. & alijs in contrarium proferuntur, negandum est. Neq; enim aliud pro alio inuito creditori solui potest l. 2. §. 1. & ibid. gl. & Dd. de reb. cred. l. si se non obtulit 4. §. ait prator 3. de re iud. l. promissor 21. §. fin. de constit. pecun. litem liberatur 6. §. qui paratus 1. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. eum à quo 16. C. de solut. Dd. commun.


CXXX. Atqui de consuetudine vbius locorum recepta adfirmandum est; Dd. ad d. l. 2. §. 1. de reb. cred. Bald. in l. 3. C. de sent. & interloc. omn. iud. Laud. de moner. n. 3. Curt. n. 23. Budel. d. lib. 2. r. 15. n. 12. & seqq. modò non expressè in obligatione actum, ne in alia specie reddatur. Ant. Faber r. 3. vbi consuetudinem illam eò usq; inualuisse dicit, vt etiam si de interesse creditoris constet, nihilominus pecuniam in alia specie oblatam recipere cogatur: adeo hodie l. creditorem 99. de solut. locum non esse, nisi in hoc, quod praesens materia confirmatio soluenda sit, quod tamen alij, nisi de consuetudine certo constet, vossimiliter negare videntur, Vid. Laudens. d. loc. Brun. praesupp. 2. n. 1. Curt. n. 23. & 24. Budel. d. loc. n. 19. Menoch. d. consil. 138. n. 1. & seqq.

CXXXI. Sed quid si debitor in pecunia punitiori debitum offerat? Sane eo casu si summa debita sit notabilis quantitatis, creditorem ad talem pecuniam recipendam haud cogi posse putamus. Facit d. Ordjn. monet. Ferdinandi de ar. n. 1559. §. die tezt gemelste gemeine Reichs Münzen ibi: doch was vnder den fünf Crethern/ sol nicht mand verbunden sein/ solcher Münzen vber 27. Schlden in bezahlung vnd für wehrschafft zunehmen/ & pauld post seq. §. Es sol auch niemands in einigen Grossen bezahlung wenig oder viel Pfenning wieder seinen willen zunehmen Schldig sein. Adde Budel. lib. 2. cap. p. 211.

E I N I S.

380/44/55338(4)

X13<4455338400015



8718





Freie Universität



Berlin

x-rite

colorchecker CLASSIC

